

*prædictis Justitiis & aliis gratiis in supradictis Literis contentis, uti & gaudere faciant, & liberè permittant, ipsos, aut eorum alterum nullatenus impediens in eisdem, aut aliquo præmissorum. Quinimò si forsan ipsi, aut aliqui eorundem quicquam in contrarium repererint factum, seu etiam quomodolibet attemptatum, illud visis præsentibus revocent, & ad statum pristinum reducant, seu reduci faciant indilate. Quod ut firmum & stabile perpetuè maneat in futurum, & ab omnibus observetur, has præsentis Literas caracteris sigilli nostri fecimus impressione muniti, nostro in alio jure salvo, & in omnibus quolibet alieno. Actum & Datum in Palatio nostro Regali, die Veneris sancta. Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, mense Aprilis.*

*Per Regem ad relationem Consilii, in quo vos & Dominus Simon de Buciaco eratis. Collatio facta est. G. DORLY.*

(a) Confirmation des Privilèges des Ouvriers & des Monoiers  
du Serment de l'Empire.

*JOHANNES Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus universis, tam præsentibus quàm futuris, quòd cum ex parte Operariorum & Monetariorum de Sacramento Imperii, tam de terra inclitæ recordationis Regis Roberti, quàm aliorum Principum & Baronum dicti Imperii in Regno nostro commercantium, humiliter fuerit supplicatum, ut præfatis Operariis & Monetariis Imperii privilegia consimilia, quibus Operarii & Monetarii Regni nostri utuntur & gaudent, seu uti & gaudere hæctenus consueverunt, & quæ per Nos, post obitum felicis recordationis carissimi Domini & Genitoris nostri eisdem Operariis & Monetariis Regni nostri fuerant confirmata, de nostra speciali gratia concedere dignaremur. Quocirca attendentes gratuita per eos dicto Genitori nostro & Nobis impensa servitia, & ipsi quanto majori fuerint auctoritate muniti, tantò ferventiùs & fidelius vacabunt ad eorum officia exercenda, eorum supplicationi inclinati, eisdem Operariis & Monetariis ipsius Imperii, in dicto Regno morantibus & residentibus, eadem privilegia per Nos, seu per Prædecessores nostros dictis Operariis & Monetariis ipsius Regni nostri concessa, & de quibus ipsi utuntur & gaudent, sive uti & gaudere consueverunt, Concedimus & Ordinavimus de nostra auctoritate Regia, ex certa scientia, ex gratia speciali. Ut autem dicti Operarii & Monetarii ipsius Imperii, quotiescumque opus erit, de indultis sibi per Nos Privilegiis & Libertatibus valeant facere promptam fidem, ipsorum seriem & tenorem his præsentibus annotari de verbo ad verbum fecimus, in hunc modum.*

*JOHANNES Dei gratiâ Francorum Rex: Universis præsentis Literas inspecturis Salutem.*

*Literas inclitæ recordationis carissimi Domini & Genitoris nostri, per nostrum Secretum Consilium videre fecimus, quarum Literarum tenor sequitur, in hæc verba.*

PHILIPPE par la grace de Dieu Roy de France. A tous ceuls, qui ces presentes Letres verront & orront. *Salut.*

Sachent tuit cilz qui sont, & qui à l'avenir feront, que comme pour les bons & agreables services que les Ouvriers & Monoiers du Serrement de France ont fait à nos très chiers Seigneurs & Predecesseurs Rois de France, que Dieu aboille, ayent lesdits Ouvriers & Monoiers dudit Serrement de France esté exempts de toute Jurisdiction de nostre Royaume, & de respondre devant aucun Juge, quel qu'il soit, se ce n'est devant les Maistres de nos Monoies, excepté de trois cas seulement, c'est à sçavoir de murtre, de larrecin, & de rapt, & avec ce lesdits Maistres & nosdits Ouvriers &

## NOTES.

(a) Cette Confirmation est au Tresor des Chartes du Roy Registre 80. pour les annæcs Tome II.

1350. 1351. picce 356. & elle est rapportée par *Constanz*, dans son Traité des Monoies, entre les preuves du premier Traité des Generaux Maistres, page 9.

Ggg ij

JEAN I.<sup>er</sup>  
& selon d'autres, Jean II.  
à Paris au  
mois d'Avril  
1350.  
Et Philippe de  
Valois, au  
mois d'Avril  
1350.

JEAN I.<sup>er</sup>  
& selon d'au-  
tres Jean II.  
à Paris au  
mois d'Avril  
1350.

*Monoiers frans, quittes & delivrez par tout nostredit Royaume de toutes Tailles, de toutes Coustumes, de tous Peages, Passages, Centisme, Cinquantisme, Chauciées, & Chevauchiées, & generaument de toutes subventions, exactions & impositions, quelles qu'elles soient, (b) OUVRANS & NON OUVRANS, nonobstant Privileges donnez, ou à donner, si comme nous est apparu, &c. (c)*

*Privatis autem privilegiis, libertatibus & franchisiis, & omnibus & singulis supradictis, dictos Operarios, Monetarios, eorundem uxores & liberos, ac familiares, presentes pariter & futuros, in dicto Regno nostro commorantes & residentes, ac (d) de ipso cunctes & redeuntes, uti & gaudere Volumus & Jubemus. Dando tenore presentium in mandatis omnibus & singulis Senescallis, Baillivis, Prapostis, Officiariis, Justiciariis & subditis ipsius Regni nostri, & eorum cuilibet, ut omnia & singula privilegia, libertates & franchisiis supradictas teneant inviolabiliter & conservent, & faciant ab omnibus observari, & transcripto presentium, aliquo sigillo Curiarum nostrarum autentico sigillato, ut Originalibus adhibeant plenam fidem. Quod ut firmum & stabile permaneat in futurum, nostrum presentibus fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, mense Aprilis.*

*Per Regem ad relationem Consilii, in quo erat Dominus de Revello Consiliarius, B. Fernandi Thesaurarius & Magister Monetarum Francie.*

## NOTES.

(b) *Ouvrans & non ouvrans, &c.* ] Voyez cy après la Note sur la Lettre (d)

(c) *Voyez cy-dessus les Lettres datées de la Maison de Nelle, au mois de Novembre 1350. pag. 339. 340. 341. où celles-cy sont toutes entieres. Et Dom Martenne dans ses Anecdotes, colonne 281. 282. tome premier.*

(d) *Ac de ipso (Regno) in Imperium euntes & redeuntes.* ] Au mois de May suivant les Ouvriers & les Monoiers du Serment de l'Empire renoncèrent à ce Privilege, & consentirent de n'en jouir, que quand ils seroient presens, & qu'ils travailleroient. Ce qui paroist par la piece suivante, que l'on a extraite du Memorial C de la Chambre des Comptes de Paris, feüillet 98.

*Die 1X. Mayi M. CCC. LI. presentibus ad Burellum Magistris de S. Justo, Johanne de Mazeris, Johanne de Hangesto, Johanne Pizdooc, Nicolao Bracq Thesaurario, & me J. Aquile, Amalrico de Gray, Johanne Lamberti, Jacobo Fermant, Johanne Flammingi,*

*& Galchero de Veranes Magistris Monetarum, Johannes Chaboih Prapostus Operariorum Moneta, de Juramento Imperii, Petrus de Antissiodoro Prapostus Monetariorum ejusdem Juramenti, & Guerrenon Pierre Socius dicti Juramenti, petentes privilegium sibi à Rege concessum, sibi reddi nomine suo & aliorum Monetariorum de Juramento Imperii, dixerunt, & confessi fuerunt, & promiserunt, quòd licet in dicto privilegio sit clausula expressa, quòd dicti operarii debeant gaudere dicto privilegio, tam operando, quam non operando, & tam eundo, quam redeundo; nihilominus eorum, tam nomine suo, quam aliorum omnium & singulorum, intentio erat, & est, quòd nullus eorum gauderet dicto privilegio, nisi operetur, & quòd nullus eorum recedat, sine licentia petita à Magistris Regni. Item quòd continèd debeant operari, etiam prosequendo privilegia, & alia jura sua. Et quia ipsi & alii ab operando, sine licentia cessaverunt auctoritate propria & voluntaria, ipsi gagiaverunt emendam in manu Almarici de Gray Magistri, Monetarum.*

JEAN I.<sup>er</sup>  
& selon d'au-  
tres, Jean II.  
à Paris, au  
mois d'Avril  
1350.  
Et Philippe de  
Valois le 28.  
Decembre  
1347.

(a) Mandement adressé à *Gibaut d'Estrefsi* Abbé de Saint Pierre d'Auxerre, Commissaire député sur le fait des Lombards & Italiens usuriers, portant que leurs debiteurs seront quittes tant du principal que des usures, en portant le sort principal au Tresor Royal.

*JOHANNES Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos vidisse literas dilecti & fidelis nostri Gibaudi Destrefsiaco Abbatis Monasterii Sancti Petri Antissiodorensis, Commissarioque super facto Lombardorum*

## NOTES.

(a) Ce Mandement est au Tresor des Chartes Registre cotté 80. piece 406. Il se faut join-

dre avec le Mandement de *Philippe de Valois* du 2. Juin 1340. contre les Italiens, imprimé cy-dessus à la page 143.